

dicta quæst. 19. plenissime scribit, ac ponit condiciones, quæ concurrere debent, ut damni emergentis interesse in conventionem deduci, aut post moram mutuatarii exigi possit. Loriotus & Modernus Paris. in tract. de eo quod interest. Azevedius in l. 1. tit. 6. ex n. 19. lib. 8. Recop. Costanus lib. 1. qu. cap. 4. Eguinarius lib. 4. dividui, & individui cap. 3. Caballinus milleloquio 543. cap. Corseus indagatorem juris lib. 1. cap. 21. late, & eruditè quidem atque ingeniosè, P. Petrus de Aragon in secundam secunde Divi Thomæ, qu. 78. de usuris artic. 2. ex fol. 489.

11 vers. in solutione ad primum, usq; ad fol. 497. & novissime his non relatis, Blasius Florez Diaz de Mena, in addit. ad decif. Gamæ 10. n. 3. fol. 51. qui ex mente communi Doctorem adducit brevem quandam & generalem resolutionem in hac materia, ad quam advertere debent ii, qui non ingenti studio aliorum scripta, & resolutiones prælegerint, ne facile in istis rebus dijudicandis decipi possint, quod ex defectu lecture Scribentium passim contingit.

Ego verò plura alia adjiciam, & rem hanc latius, & distinctè magis explanabo: Et ut radicibus sumam consistuere in primis necessarium duxi, quòd licet usura omni jure prohibita sit, Divino, Naturali, Canonico, & Regio, ac etiam Civili, juxta declarationem communem intelligendo; uti, jure, & autoritate latissime probarunt (alios plures consultò prætermitto) Covarr. variar. resol. libro 3. capite 1. num. 5. & 6. Joannes Gutierrez de juramento confirmatorio, 1. part. cap. 2. n. 2. Rolandus in cons. 35. n. 26. lib. 1. Andreas Gaill. prædicarum observat. lib. 2. observat. 5. n. 5. Tamen interesse lucris cessantis, & damni emergentis, quod verè creditoris interest, rectè ab eo exigitur absque labe, aut periculo usurarum; idque ultra sortem ipsam principalem, ac etiam de jure Pontificio, per textum in l. 3. §. ultimo ff. de eo quod certo loco, l. atqui natura, §. non tantum ff. de negotiis gestis, l. socium, ff. pro socio, cap. per venit, de fideiussoribus, cap. dilecti, de foro competentis, & ex communi Theologorum, & Pontificii juris Interpretum sententia, sic annotarunt, & infinitos referunt Covar. variar. resol. lib. 3. cap. 4. n. 1. Craveta in cons. 912. num. 11. Rolandus dicto cons. 35. num. 1, 2, & 3. libro 1. Joannes Gutierrez de juramento confirmatorio, 1. part. cap. 2. num. 3. Gratianus dicta reg. 243. Surdus de alimentis tit. 1. qu. 45. num. 28. Bonifacius Rogerius in cons. 57. ex num. 40. lib. 1. Peregrinus de fideicommissis art. 33. n. 35. Menochius in cons. 7. a num. 16. lib. 1. Bolognetus in cons. 14. num. 2. Burfatus in cons. 68. n. 10. lib. 1. Joannes Vincentius Hondedei in cons. 50. n. 1. lib. 1. Andreas Gaill. lib. 2. dicta observ. 5. n. 14, & 15. ubi refert glossam singularem in cap. conquestus, de usuris in verbo, defendo, quæ dicit, quod damna, & interesse, etiam secundum Canones peti possunt à tempore moræ, quia non ut usura, sed interesse, & damnum petuntur; & Panormitanus ibidem, n. 6. dicit, illud perpetuò mente tenendum, quod etiam de jure Canonico peti possit aliquid ultra sortem ratione interesse, non solum damni contingentis, sed etiam lucris cessantis: Barbosa 1. part. l. 2. in princ. ff. soluto matrimonio, n. 47. vers. potest etiam, & in dict. l. de divisione n. 25. & 26. Pater Petrus de Aragon loco relato supra, n. 11. fol. 490. ex vers. alii Doctores absolute, ubi concludenter, & plenè fundat, & fundamentis omnibus, quæ in contrarium excitari possunt satisfacit: Molina, Salon, & Villagutta, quos, & alios consultò prætermitto; conveniunt enim in hoc omnes utriusq; juris Interpretes, ac etiam Theologi, ut ex iisdem constat, nec ullus Scribentium dissentit, dummodò bonus & discretus iudex animadvertat, quod interesse petitam sit verum, nec antea concedatur, quam constet verisimiliter de damno contingenti creditoris, aut de lucro, quod illi evenire potuisset: item, quòd omnis dolus & fraus palliandi usuras ablit, quod ex persona creditoris, item & debitoris, qualitate negotii, & rerum circumstantiis poterit dijudicare, ac creditorem justè petentem admittere, usura-

rium verò, vel palliatum rejicere; quoniam, ut inquit Rolandus dicto cons. 35. n. 29. lib. 1. iudices boni, & 19 optimi debent repellere usurarios à limine iudicii, & eos severiter punire, cum sint devoratores pauperum, & 20 oppressorum, & ita est de mente omnium Auctorum, quos superius retulimus, ac inter alios Navarri, in manuali, cap. 17. n. 111. & 112. Jacobi Mandelli de Alba in cons. 300. ex n. 9. & in cons. 610. per totum, ubi tradit generalem doctrinam in hac materia, & constituit, quòd hodie de jure Canonico nõ debetur interesse nisi in quatuor casibus. Primus, cum succedit loco fructuum, veluti cum emptor fruitur re, & pretio, juxta textum in l. curavit, C. de actionibus empti, de qua latius Covarr. variar. resol. lib. 3. cap. 4. Fachineus contro. juris, lib. 32. Secundus casus est, cum quis re vera probat, se passum fuisse damnum propter dilatam sibi solutionem, veluti quia coactus fuit aliunde pecunias capere sub usuris. Tertius casus est, in persona quæ consuevit negotiari; & tunc habetur etiam ratio lucris cessantis. Quartus casus est, cum quis compellitur pecunias mutuo dare Principi, vel Reipublicæ, nam eo casu, vel propter id, quod cogitur eas dare, vel propter periculum eas recuperandi, ut docet experientia, admittunt Doctores, posse usuras licite capi, quæ tamen ut interesse, aut damnum petuntur, & præter istos casus cæteri omnes sunt exclusi secundum Doctores, ut ipse Author firmat, & hætenus de prima generica traditione, aut regula generali in hac materia.

Nunc verò secundò, & principaliter observandum est, interesse damni emergentis, & lucris cessantis causam, non eandem, sed diversam esse in nonnullis, sive diversum jus in illis constituitur, inde & consequenter pariter rationem non esse utriusque, sed utrumque per se considerari: quod voluit Baldus in cons. 182. in princ. vol. 1. Soto de justitia & jure, lib. 6. quæst. 1. articulo 3. ac cum illis eruditè Gaill. prædicarum observat. lib. 2. observat. 6. in princ. ubi dicit, aliud esse damnum emergens, aliud verò lucrum cessans: damnum enim emergens dicitur, quoties de vitando damno; lucrum autè cessans, quando de lucro captando quis certat: & sic, quòd in praxi plurimum habet momenti hæc differentia; licet Alciatus, & alii illam rejiciant. Addiderim ego libenter, traditionè hanc verisimam mihi videri, tum quia notabiles sunt differentie damni emergentis, & lucris cessantis, quas adducunt Authores in initio hujus capituli relati; & duas considerat Barbosa 1. part. l. 2. in princ. ff. soluto matrimonio n. 48. vers. est sane advertendum, & vers. est alia differentia, aliam tradit Gaill. lib. 2. observat. n. 16. tum ex his, quæ latius, & rectè probavit Pater Michael Salon de justitia & jure, tom. 2. tract. 2. in q. 78. Divi Thomæ, art. 2. contro. 9. in princ. n. 10. ubi cum judicio annotavit, labi Doctores, utrumque interesse confundentes, & simul utrumque tractantes; sed debuisse unum ab altero distinguere, ac de uno quoque separatim agere: idcirco prius de interesse lucris cessantis, & postmodum de interesse damni emergentis disputationem instituens, ne confusè, sed distinctè procedamus, constituendum erit, & tertio loco;

In primis, interesse triplex, commune, singulare, & 23 conventu, prout notarunt Bartol. & cæteri Scribentes communiter, in dicta leg. unica C. de sententiis que pro eo quod interest, ubi latissime Bolognetus ex num. 62. cum infinitis sequent. Mascard. de probationibus tomo 2. concl. 930, 931, & 932. Villagutta tract. de usuris, quæst. 18. num. 19, 20, & 21. qui plene explicant, quod dicatur interesse commune, quod singulare, & conventum: idèò amplius in hoc non insisto. Deinde, interesse dividi 24 extrinsecum, & intrinsecum; in quo omnes ferè conveniunt, ut ex superius relatis constat aperte: Interesse intrinsecum dicitur illud, quod est ipsa eadem res, seu ejus æstimatio, l. si sterilis, §. cum per venditorem, ff. de actionibus empti. Extrinsecum, quod extrinsecus extra ipsam rem provenit: cum distinctione tamen, quia 25 quoddam coheret rei, necessario ex ipsa re provenit: veluti

veluti fructus, partus ancillæ, & similia: quoddam coheret rei, nec necessario, seu naturaliter ex ipsa descendit, veluti si poena commissa sit, vel pignora distracta, quia debitor pecuniam debitam creditori non solvit, qua potuisset ipse & creditori suo satisfacere. Rursus interesse intrinsecum, hoc est, ipsa æstimatio rei, in quolibet contractu debetur ex tempore moræ, l. videamus, 38. §. in ceteris, ff. de usuris; in contractibus verò stricti juris fructus non præstantur ex sola mora, sed ex litis contestatione: & sic ex eo tempore interesse ratio habetur, non ex mora: l. cum fundus, in principio, ff. si certum petatur, l. si filius familias, §. 1. ff. de verborum obligat. inde in contractibus bonæ fidei, usurae ex mora debentur, quia loco fructuum habentur, l. usura, ff. de usuris, in contractibus stricti juris, usurae non promittuntur ex litis contestatione veniunt, leg. lite contestata, ff. de usuris. Quod in terminis hujus materiæ rectè advertit, & sic expressè resolvit Villagutta tract. de usuris, q. 18. num. 22, 23, 24, & 25. & infra nu. 59. & 65. dicimus: 29 & vide Barbosam in dict. l. de divisione, ex num. 30. ubi de interesse intrinsecò & extrinsecò plenius loquitur. Præterea interesse naturale, & rei coherens quodam modo dici solitum, quod mercator, vel alius negotiari & lucrari solitus, cum pecunia sibi debita fecisset: ea ratione, quia illud lucrum consistit in proxima potentia pecuniæ, & ejus fructus quodam modo censetur: argumento textus in l. si navis, ff. de rei vendicatione, l. venditionem, l. prædiorum, & l. ultima, ff. de usuris, idcirco in materia nostra in consideratione habendum, modò interveniant ea quæ modo dicentur: quod libenter admittunt relati supra, n. 14. & cæteri alii initio hujus capituli adducti. Et denique mercatoris pecuniam in casu proposito majorem senseri habere æstimationem, quam alterius, sicuti & triticum femini destinationem: ut advertunt Cajetanus secunda secunda, quæst. 78. art. 2. Scotus in 4. distinct. 15. quæstio. 6. ac cum illis Navarros in manuali, cap. 17. num. 111. in vers. ff. quod pecunia, ubi dicit, quòd pecunia mercatoris, negotiationi exposita, vel alterius emptioni frugiferæ rei destinata, pluris valet, quam altera tanta aliorum; & etiam ipsius, illi non ita exposita; quod est notandum.

Hoc præmissò, & exemplo iucris cessantis supposito, quod adducit Navarros in manuali, dict. cap. 17. n. 111. in vers. exemplum interesse lucris cessantis, à quo accipiunt, cæteri Recentiores: Ludovicus Molina de just. & jure tom. 2. tract. 2. dist. 314. in princ. fol. 386. Villagutta de usuris, qu. 18. n. 3. & 4. quiduo exempla tradit interesse lucris cessantis: tria Barbosa 1. part. l. 2. in princ. ff. soluto matrim. nu. 49. in princ. & num. 50. in princ. & num. 51. 35 in vers. additur. Et tertium exemplum principaliter, & tertio loco (ut dixi) constituendum erit interesse lucris cessantis deberi mercatori, qui solitus est cum pecunia negotiari: per textum expressum, & singularem in leg. 3. §. finali, ff. de eo quod certo loco, in l. socium, qui pro eo, in princ. ff. pro socio, in l. atqui natura, §. non tantum, ff. de negotiis gestis, textus notabilis in l. si commissis, ff. rem ratam haberi, ibi: Quantum mihi abest, quantumque lucrari potui. Glossa singularis, in l. curavit, in verbo, ratio. C. de actionibus empti: per illum textum, & ibid. Baldus num. 1. Bartolus n. 25. Cinus, & Salicet. col. ult. Rebuff. n. 603. Curtius jun. n. 39. Cagnolus n. 40. & seqq. Bolognetus num. 122. in dicta l. unica, C. de sententiis que pro eo, quod interest: idem Bartolus in l. nummis, num. 5. ff. de in litem jurando, ubi Alexander col. finali. Caltrensis num. 6. in fine, & Jafon num. 18. Natta, Decius, Baldus, Alexander, Antonius Gabriel, Joannes Baptista, Lup. Covarr. Rolandus, Mexia, Menchaca, Sylvester, Socinus, Ancharanus, Bertrandus, Felinus, & alii, quos in unum recensent, & sic resolvunt Mascardus de probationibus, tom. 2. concl. 933. num. 1. Andreas Gaill. prædicarum observat. lib. 2. observat. 6. nu. 3. Burfatus in cons. 68. n. 11. cum seqq. & num. 16. lib. 1. Cephalus, Decianus, Riminaldus, Afflicius, Didacus Perez, Mandellus de Alba, Hondedei, Villagutta, Molina, Salon, & alii relati fu-

præm in initio hujus capituli, Soto de justitia & jure, libro 6. qu. 10. art. 2. in fine. Navarros in manuali, cap. 17. n. 111. & 112. Joan. Gutierrez de juramento confirmatorio, 1. part. cap. 2. nu. 4. Barbosa, 1. part. l. 2. in princ. ff. solut. matrimonio, n. 48. & 49. & in dict. l. de divisione n. 26. cum seq. alios infinitos prætermitto consultò, propter 35 eà quod Scribentium omnium nullus in hoc dissentit, omnes potius unanimiter id probarunt; & dum requirunt solum esse negotiari eum, qui interesse prædictum petierit supponunt aperte, negotiationis qualitate non interveniente, in contrarium esse jus commune. Quod 37 ex Recentioribus omnibus, superius, & in initio hujus capituli præcitatis, duo duntaxat expressè, & verè quidem explicarunt; alii vel ita non animadvertunt, vel in hoc non insistentes, silentio prætermittunt: prædictorum, inquam, Gaill. dicta observ. 6. numero 2. & Corrafius Miscel. jur. civ. lib. 3. cap. 13. nu. 6. fol. 260. & 261. rectissime intelligentes, ac Bartoli, Baldi, & aliorum resolutiones probantes, cum iudicio præmittunt, debitorem morosum interesse damni emergentis præstare debere creditori, sed non lucris cessantis: idque tam in contractibus bonæ fidei, quam stricti juris: per textum in leg. si sterilis, §. cum per venditorem, ff. de actionibus empti, postmodum dicunt, id admittendum non esse in persona solita negotiari, quæ verè lucrum, aut interesse præterdere potest: sed rationem non reddunt; reddunt tamen Ruinus in cons. 104. n. 7. lib. 4. & verè concludit ea, quam adduximus supra num. 29. & seq. quoad eum, qui cum pecunia solitus est negotiari; quoad eum verò, qui negotiari solitus non est, ratio deduci potest ex dicta leg. si sterilis, §. cum per venditorem, ff. de actionibus empti, leg. si adibus, 32. ff. de damno infecto, idèò interesse lucris cessantis, regulariter non venire ex mora, quia damnum contingens, potuit & alia via refarcire, ac impediri; & sic venit intelligendus textus in dicto, cum per venditorem in princ. ubi emptor non erat lucrari 38 solitus, & sic illud interesse non consequitur: ut rectè intellexerunt Gaill. & Corrafius ubi supra, in id expeditentes illum textum in vers. Non magis quam si triticum emerit, ubi illud damnum non compensatur, quia erat profus extrinsecum, quod ex accidenti veniebat, & alia via poterat prius refarciri, ut sentit ibi textus; & eleganter Bartolus in summario ejusdem §. dum dicit, quod non habetur ratio interesse extrinseci: Fulgofius in l. 3. §. finali, ff. de eo quod certo loco, & in effectu hoc eodem modo, addito dumtaxat, an certum, vel incertum lucrum esset, intelligendum putat textum in leg. finali, ff. de periculo, & commodo rei vendite. Corrafius Miscel. lib. 3. dict. cap. 13. num. 7. & 8. Joan. Gutierrez de juramento confirmatorio, 1. part. cap. 2. n. 8. Sed non concludit eorū ratio, libentius dixerim, negotiatorem lucrari solitum, totū interesse non consequi in eo textu, eo quod ex ipso contractu debebantur usurae, & erant jam à lege taxatæ, idèò ne contingeret, quod taxationi usurarum facile fraus fieri posset, Imperatorū constitutione cautum fuit, ne ultra modum usurarum, etiam ex causa interesse quicquam consequi posset creditor, l. Julianus 13. §. ibidem Papinianus, ff. de actionibus empti, ibi: In fraudem constitutionum videri adjectum id, quod usuram legitimam excedit: l. si partem, ff. de usuris, leg. cum allegas, C. eodem tit. & alios plures intellectus ad text. in dict. leg. finali, ff. de periculo, & commodo rei vendite, & in dicto §. cum per venditorum, vide per Barbosam in dict. l. de divisione, n. 29. cum tribus seqq. Ubi etiam rectè advertit, duas esse contrarias sententias in eo articulo, utrum interesse lucris cessantis debeatur solito negotiari; & veriorum esse deberi.

Et hætenus de primo requisito necessario ad interesse lucris cessantis; quod extenditur, & declaratur nonnullis modis per Mascardum dicta conclusione 933. n. 2. 3. 4. & seqq. Ac primum quidem, quòd interesse tale petens 40 probare debeat, se fuisse solitum negotiari eo tempore, quo debitor fuit in mora, ut ipse Mascardus probat: & reddit rationem ibidem, num. 4. & num. 3. post Sotum, A 3 & Covarr.



41 & Covar. ac etiam ex mente comuni recte constituit, quod interesse luci cessantis peti non potest, ubi, qui illud habere vult, nihil lucraturus esset: quod etiam cum aliis probat Barbosa 2. part. leg. 2. in princ. ff. soluto matrimonio, n. 49. dicens: Quod neque Doctor, vel Miles, vel persona Ecclesiastica hujusmodi interesse pretendere potest, neque alius qui cum pecunia, aut non vult, aut non potest negotiari: & eisdem terminis existens, etiam in solito negotiari, qui tamen lucraturus non esset, admittit Navarrus in manuali, d. cap. 17 n. 112. ad finem, prout ipse intelligit: & vide infra n. 46. ubi eleganter, & verè declaratur: vide etiam eundem Barbofam in dicta leg. divisione, n. 28. per totum, ubi plura adducit, quæ solitus negotiari probare tenetur, ac etiam articulare.

44 Nunc etiam extenditur superior resolutio, interesse, inquam, luci cessantis solito negotiari deberi, non solum in contractu mutui, sed etiam in aliis contractibus, in quibus à fortiori debet haberi ratio luci cessantis, maxime in contractu emptionis, & venditionis, ut in eo quidem liceat mercatoribus, luci cessantis ratione, carius merces vendere pecunia credita quam statim pecunia numerata vendidissent, modo interveniant ea, quæ ad explicationem textus in cap. in civitate, & in cap. navigantii, de usuris, requirunt Doctores ibidem, & cum multis Theologis Covarr. variarum resolut. lib. 2. cap. 3. n. 6. per totum, qui de hac re videndus erit omnino, Conradus de contractibus, quest. 59. conclus. 3. Pater Dominicus Bannez de justitia & jure, qu. 78. de usura, artic. 2. fol. 597. vers. deniq; licitum est, & fol. 601. vers. ad 4. argumentum, latissime Joan. Gutierrez. Canon. car. lib. 1. cap. 39. per totum.

45 Secundò extenditur, interesse luci cessantis deberi, etiam non solito negotiari, si pecuniam destinatam, vel ad emptionem prædiorum, vel censuum habebat, vel ad aliud lucrum speratum; quod idè amittit; quia pecunia suo tempore soluta non est: dummodo per probationem propinquam ostendat creditor separatos habuisse venditores prædiorum, vel censuum, & reddituum: quod cum Ancharano, Barbata, Claudio, Covarruv. & Joan. Baptista Lopez, ut certum tradit Mascardus de probationibus tomo 2. concl. 933. n. 24. Barbosa 2. part. leg. 2. in princ. ff. soluto matrimonio, n. 50. ubi refert Castrensem, Lancelot. Decium, Claudium, Cagnolum, Alexandrum, Cravetam, Gratum, Rolandum, Nevizan. Grammaticum, Burfatum, Nattam, & Ruinum idem tenentes; & Alexandri, aliorumque rationi in contrarium, videlicet emere prædia, vel census, aut annuos redditus non esse actum ex se questuatum, neque in quo possit verificari conditio negotiandi, rectissime ex mente aliorum responderet, dicens: Quod non requiritur præcisè, ut petens interesse luci cessantis, sit solitus cum pecunia negotiari; sed illud exigitur ad hunc effectum, ut hujusmodi lucrum reddatur verisimile: sed si aliunde constet esse verisimile, utique peti poterit, ut alio loco Alexander ipse fatetur: quem, Menochium etiam, & Rolandum sic tradentes, ibidem retulit idem Barbosa, & n. 51. cum aliis multis affirmat, quod non sufficit hoc casu probare, quod si pecunia habuisset creditor, potuisset fundum emere, vel redditus annuos: Sed oportet probare quod ille fundus esset venalis, vel etiam annui redditus, & quod illos non emit propter defectum pecuniæ: & ultra eum, idem tradit, & eleganter loquitur Alphonsus Villagutta tractatu de usuris, questione 18. n. 23. ubi specificè ostendit ea, quæ probare tenetur non solitus negotiari, lucrum hujusmodi petens; & in quo distinguatur ab eo, qui solitus est negotiari: & juxta hæc debent intelligi, quæ tradit Joannes Gutierrez de juramento confirmatorio 1. part. cap. 2. n. 4. ubi dicit: Quod scit, & vidit per litteras executorias in aliis casibus, hoc est, non agentibus creditoribus solitis negotiari, iudicatum fuisse in Cancellaria Regali Pinciarum secundum opinionem quæ in solitis negotiari servatur, in pecuniis debitis

minoribus, & aliis personis, earum solutione ultra tempus debitum retardata: & quandoque jubetur solvi hoc lucrum cessans ad rationem unius pro quatuordecim, aliquando pro decem & octo, & aliquando pro viginti, prout Dominis Regiis Auditoribus videtur. Et novissimè Blasius Florez Diaz de Mena in addit. ad decisionem Gamæ 110. n. 3. in fine, fol. 51. ubi nullo ex prædictis Authoribus relato, tradit eandem resolutionem; & dicit, quod in praxi semper parcè, & moderatè hoc lucrum taxatur, & ad rationem quatuordecim pro uno; & in mercatoribus ad rationem septem, aut octo pro centum, & quod in plurimum denegatur, nisi iusta causa concedendi fuerit: & vide infra n. 53. per totum. Ex his opportunè, atque libenter dixerim, limitanda ea, quæ annotamus supra, n. 42. nam & miles, & Doctor, atq; Ecclesiastica persona pretendere posse interesse hujusmodi, si ex eo quod pecunia suo tempore soluta non est, & quia pecuniam non habebat, probaret apertè, annuos redditus, vel prædia fructifera non emisisset, quæ venialia erant, & emi ab eo potuissent: id quod ex dictis supra negari non potest, & in foro conscientiæ fortius proceditur; nam in eo foro tenetur debitor, ex cuius solutione non facta damnificatur creditor ad interesse passum, etiam si in foro judiciali cessaret actio, secundum Scotum lib. 3. sententiarum distinct. 25. art. 2. vers. de ultimo. Cagnolum in l. curavit, n. 61. C. de actionibus empti. Et hactenus de his, quæ sunt notanda, quia quotidiana quidem, nec alibi sic congesta: & vide infra n. 72. ubi etiam sic defenditur, & contraria Doctoris Feliciani de Solis opinio novè taxatur.

Quartò deinde & principaliter constituendum est, secundum requisitum esse, quod interesse luci cessantis articulare debeat in libello, ac postea probari, ut dicit Glossa in l. 3. §. ff. de eo quod certo loco, ac cum infinitis unanimiter admittunt omnes, qui mox referentur; sic ut hoc certissimum sit, nec ullus Doctorum in eo dissentiat: nam cum interesse in facto consistat, non sufficit dicere tantum lucrari potuisse creditorem, sed totum probari debet, & liquidari. Nec concludit dicere, Titium mercatorè, & lucrari solitum, ea vice lucrari potuisse, cum etiam pati damnum, & jacturam possit; idcirco probatio necessaria est: ut rectè probat Mascardus dicta conclusio 933. n. 7. & n. 18. sed in modo articulandi, & probandi dissentiunt: enim verò Doctores quamplures, sic probationem fieri debere crediderunt, ut probandum sit à creditore, quod prædictum interesse fuerit in potestate propinqua illud acquirendi, imò quasi in actu consequendi, ut quia creditor habuit tales merces præ manibus, quas emisisset, & ex quibus tantum lucratus fuisset, sed quia pecuniam suam non habuit, idè non potuit emere, & sic omisit lucrum, & passus interesse luci cessantis totius summæ: sic explicarunt Paulus & Jason in l. 3. §. finali, ff. de eo, quod certo loco Afflic. dec. 20. Decius, Alexand. Curtius junior, Parisius Rubeus, Craveta, Rolandus, Purpur. Nevizan. Burfatus, Castrensis & Angelus, quos adducit Mascardus de probationibus, tomo 2. concl. 933. n. 17. & alios refert Baptista in l. curavit, n. 117. C. de actionibus empti. Nat. in consil. 450. n. 6. lib. 2. Prosper Phafetus in consil. 126. n. 17. Anton. Gama decif. 110. à n. 21. Bolog. in l. unica C. de sententiis que pro eo quod interest, n. 122. Hippol. Riminal. in consil. 52. n. 46. lib. 1. & in consil. 218. ex n. 99. lib. 2. Joa. Gutierrez. de juramento confirmatorio, 1. part. cap. 2. n. 8. Mohedanus decif. 218. n. 2. Ludovicus à Peguera decif. 33. n. 2. Joa. Vincent. Honded. dicens hanc opinionem communiter approbati, & in iudicando, & consulendo esse sequendam, in consil. 50. n. 30. lib. 1. & rationem hujus resolutionis reddunt Mascardus ubi supra, n. 18. Bolog. Riminald. & alii.

E contra verò, plurimi alii sunt arbitrati, satis esse petenti tale interesse, si probet se esse, & fuisse mercatorem, & solitum cum pecunia negotiari, & quod alii mercatores similis conditionis, & qualitatibus, prout ipse est, tot eo anno lucrati sint, & quod ipse tantum verisimiliter

similiter lucratus fuisset, si pecuniam habuisset: & hanc opinionem esse praxi receptam asserit Cagnol. in dict. l. unica n. 42. C. de sent. que pro eo quod interest, & in l. curavit, n. 67. C. de actionibus empti. & in l. quatuordecim, n. 10. ff. de regulis juris, & sequuntur Aretinus, Castrensis, Alexand. Rebuffus, Natta, Burfatus, & alii, quos referunt Antonius Gabriel commun. lib. 3. tit. de solutionibus concl. 10. à n. 3. Mascardus dicta conclus. 933. n. 19. & esse veriore sententiam, & praxi receptam, affirmat Baptista in d. l. curavit, n. 117. & in solito negotiari, & lucrari, admittit Mascard. d. concl. 933. n. 24. priorem verò, in eo, qui negotiari solitus non est; & eodem modo componit Villagutta tract. de usuris qu. 18. concl. 4. n. 23.

Ego verò, ut in præfata contrarietate sententiarum meam interponam, sequentia constituo. In primis hac in re certam non posse, aut generalem doctrinam constitui; ex varietate enim negotiorum, ac circumstantiis eorum, item ex qualitate personarum, & locorum, res hæc debet dijudicari; sic ut in uno casu interesse hujusmodi censeatur probatum, quod in alii probatum censeari non debeat; & in una persona interesse condemnatio fiat, quæ in alia deneganda sit: idcirco totum hoc discreti, & boni iudicis arbitrio relinquendum esse; qui re maturè & diligenter inspecta, dijudicet, an interesse probatum sit, necne: quod cum aliis multis rectè observarunt, licet ad diversitatem casuum, & personarum non attendant, Mascardus de probationibus, tom. 2. d. conclus. 933. n. 24. Menoch. de arbitrariis, lib. 2. casu 119. in finalibus verbis.

49 Deinde, interesse luci cessantis, in facto quidem verari, ac certè difficilem probationem habere. Quod etiam cum aliis multis Authoribus observarunt Menochius d. casu 119. n. 4. & 5. Gama decif. 11. n. 16. Barbosa 1. part. leg. 2. in princ. n. 52. ff. soluto matrimonio. Ut cumque tamen sit, probationem concludere debere, ut luci cessantis condemnatio fiat, nec solam præsumptivam probationem sufficere: ut cum aliis expressim advertit Jo. Vinc. Hond. in consil. 50. n. 30. in princ. lib. 1. & clarè sentit Barb. in d. l. de divisione, n. 28. in princ. Præterea, in eo, qui solitus est negotiari, verioremi mihi videri secundam sententiam, & in praxi servandam, ut Cagnol. Mascard. & Villag. affirmant, & tenet etiam Barbosa ubi supra, d. n. 28. Gaill. præf. obs. lib. 2. observ. 6. n. 4. & non obscure Navarrus in manuali, cap. 17. n. 111. qui cum iudicio hac in re ad verisimilitudinem respicit, dicens; quod debet constare prius, quod verisimiliter lucratus fuisset creditor: in quo etiam diligentia, & consuetudo creditoris inspicienda erit, plus enim lucrari solet unus, quam alius.

52 Quod etiam exprimere testes necessarium erit, ac in ea re expertos esse, & sui dicti rationem certam reddentes, ut sentit Barb. in d. l. de divisione, d. n. 28. dum dicit, quod ita debet restringi articulus, ut lucrum, quod prætentitur, quasi certum videatur; aliàs enim non potest sequi condemnatio. Item quod pecunia debita, esset destinata ad negotiandum, & sic quod creditor cum ea negotiatus esset, si sibi fuisset soluta; & in effectu, quod mercatores similis conditionis, merces emerunt ex quibus tantum lucrati sunt: idem etiam; hoc est, testes concludere debere, scribit Rolandus in consil. 35. n. 14. lib. 1. Joa. Gutierrez. de juramento confirmatorio, 1. part. cap. 2. n. 9. in fine. Sturdus de alimentis, tit. 1. quest. 45. n. 43. Denique, quod etiam in casu, in quo de hujusmodi interesse luci cessantis per probationem plene constiterit, non debeat fieri plenaria condemnatio, ut dixi supra, n. 45. in fine. Sed quia hujusmodi lucrum magis videtur speratum, quam debitum de summa interesse probata, & de eo quod verisimile videtur testibus, quod creditor lucrari potuisset, aliqua diminutio fieri debeat: quod cum Rebuffo, Silvano, Palatios Rubios, Soto, Riminaldo, & Gama probavit Barbosa 1. part. l. 2. in princ. ff. soluto matrimonio, n. 52. dicens ibid. cum Navarro, & Peguera, quod

creditor non debet accipere totum interesse, quod verisimiliter speratur; sed tantum id, quod valet ea verisimilis spes: nam potuit multis modis ea spes ad irritum deduci, & potius damnum, quam lucrum obtinere. Quod etiam eleganter probavit Pater Petrus de Aragon. in secundam secundam Divi Thomæ, quest. 78. de usuris, art. 2. fol. 491. in vers. his ergo, & aliis conditionibus rejectis, ibi: quarta & ultima conditio est, ubi dicit, luci cessantis conditionem esse, ut creditor non exigat tantum, quantum futurum creditur lucrum cessans; sed deductis laboribus, & expensis, attentòque etiam, quod lucrum est in futuro, & in periculo; & quod valet minus nondum habitum, licet speratum, ob ejus incertitudinem, quam valet actu existens; & Divi Thomæ mentem eam fuisse, argute quidem, atque eruditè ostendit: & idem nullo Authore relato observat Blasius Flores Diaz de Mena in decis. 110. Gamæ, n. 3. fol. 51. ubi dicit; quod interesse prædictum debet moderari deductis expensis, & aliqua moderatè quantitate pro dubiis, & periculis: & subdit, quod debetur non solum pro primo anno, sed pro sequentibus, in quibus interest: id tamen nullius Authoris allegatione comprobatur; sed ita prædicari observavit Cagnol. in d. l. unica, C. de sententiis, que pro eo quod interest, n. 43. & ib. fundat Bolog. n. 122. in fine; quibus junge Alphons. Villagut. tr. de usuris, q. 18. concl. 5. n. 34. fol. 167. ubi is Author eleganter explicat superiorum traditionem, & duas conditiones ponit, quibus ipsa justificari debet, sic ut aliter non procedat: ut ibidem cum occasio foret operari videri poterit, ne alibi plenè & verè resoluta repetamus.

Similiter, quod etiam in casu, in quo de hujusmodi interesse constat, interesse, aut lucrum luci non debeat, etiam si mora debitoris intercedat, ne res in infinitum trahat argumento textus in l. finali, C. de usuris rei judicate, ut post Albericum & alios declarat Ruinus, in consil. 55. n. 16. & seq. lib. 2. Decius in cap. cum venerabilis, n. 16. de exceptionibus. Anton. Gabriel. commun. lib. 3. tit. de solutionibus, conclus. 10. n. 4. & 5. Cephalus in consil. 85. n. 8. & seq. lib. 1. Bonif. Rogerius in consil. 60. n. 44. lib. 1. Joa. Vincent. Hond. in consil. 50. n. 28. lib. 1. & latius comprobatur Joa. Bapt. Lup. in tract. de usuris, comment. 1. §. 6. n. 120. qui contrariis respondet: Bolognetus d. l. unica, C. de sententiis, que pro eo quod interest, disputans, & quinque casus distinguens ex n. 123. usque ad n. 131. & tandem n. 128. dicens, periculofam esse opinionem contrariam, quod lucrum luci, & interesse possit peti; quam ibidem audacter tenuit Cagnolus: sed quod rationes suæ sunt debiles, & non allegat Decium in terminis; & sic superior opinio tutior & verior est: idè diligentes sint creditores in exigendo pecunias suas, & res suas, & non expectent lucra luci, & interesse interesse: & vide eundem Bolognetum in eadem l. unica, n. 177. & duobus seq. ubi dicit omne interesse solvendum in pecunia; & tractat quomodo sententia ferri, & executio ejus fieri debeat in interesse, ibidem n. 170.

Quintò, & principaliter constituendum est, & aliud requisitum esse ultra prædicta, idque omnino necessarium, ut interesse luci cessantis debeat, moram scilicet debitoris intercessisse: interesse enim luci cessantis, nec etiam damni (ut dicitur inferius) peti non potest, antequam in moram solvendi sit constitutus debitor, ut habetur in l. 2. §. si naves, ad leg. Rhod. de jactu, & in l. lecta, ff. si certum petatur, & tradit Glossa in c. conquestus, de usuris, quam cum Castrensi, Craveta, Anton. Gabriel, Covarr. Ploto, Lupo, & aliis sequuntur Mascardus de probationibus, tom. 2. concl. 933. n. 24. Andreas Gaill. practiarum observat. lib. 2. observat. 6. num. 3. Navarrus in manuali, cap. 17. n. 111. in princip. Burfatus in consil. 68. post. n. 1. vol. 1. & cum Cagnolo, & Baptista, Barbosa 1. part. leg. 2. in princ. ff. soluto matrimonio, n. 48. ad finem. Cephalus, in consil. 56. n. 50. lib. 1. & in consil. 398. num. 14. libro 2. Franc. Beccius in consil.